



hinc est, quod ex tactu odoriferi corporis aliquando retinemus odorem, quia ex tactu exhalationes illae transeunt ad tangentem, illicque adherentur, hac etiam de causa rosa evaporando marcescit, & poma corrumpuntur, non enim sufficit sola specierum omisso abque substantiae vaporacione: de odore in primo sensu idem iudicium faciendum est, quod de puro calore: in secundo iudicium apud Combrum de Gen. c. 9. 7. art. 2. & Suarez 3. de An. c. 27. concedunt posse nutrire. Negavit contra vinum pro alimento intervir Hieronymus Mercurialis contra communem Doctorem sententiam. Et tandem idem negat de simplici elemento Bonamicus lib. 3. de alimento c. 2. Licetis de his qui diu vivunt lib. 2. Dandinus de An. digress. 25. Arel. 1. de gen. q. 52. sect. 2. & alii, affirmat Averro. 50. sect. 3. cum Theophrasto lib. 2. de causis plantarum c. 7. & alii apud Licetium cit.

44. Dicendum est, nec accidentia, nec odoriferam exhalationem posse habere rationem nutrimenti, bene tamen vinum, & probabiliter elementa singula. Probatur conclusio. & primò de accidentibus à Scoto 4. d. 12. q. 6. A. in nutritione forma viventis inducitur in materia alimenti per conversionem illam substantialem, sola accidentia non possunt recipere in se substantialem formam, ergo &c. prob. min. forma determinata ad aliquod receptionem nullo modo potest aliud perficere, sicut nec albedo Angelum, nec sapientia lapidem, sed forma substantialis determinat ad materiam substantialem ut ad proprium susceptivum, ergo nullo modo perficere potest quantitatem. Tum quia forma de genere priori non potest perficere susceptivum de genere posteriori, quia actus ordine originis præsupponit potentiam, ergo nec forma substantialis potest perficere quantitatem. Tum quia in nutritione fit unum per se, ex forma substantiali, & quantitate, quia in nutritione fit unum per se, sicut nec ex materia substantiali, & forma accidentali. Tum quia in nutritione forma materialis educitur de potentia materiae alimenti, nulla autem forma substantialis educitur de quantitate, & in ipsius potentia continetur.

Dices hæc omnia convincere naturaliter, non supernaturaliter, quia potest Deus communicare quantitati proprietates materiae, quod per se subsistat, & sit substantia formae substantialis. Contra hoc enim impugnant rationes allatae, nam quacunq; proprietate communicata quantitati, adhuc quantitas esset essentialiter accidentis, ergo non possit consistere unum per se cum forma substantiali, nec illam in sua potestate continere. Tum quia potentia materiae vel est de essentia materiae, vel est ejus proprietates, ergo nequit à Deo communicari quantitati, sicut nec essentia hominis, nec passio irascibilitatis potest etiam supernaturaliter convenire adino, vel equo. Tum quia ait Doctor, quod si species sacramentalis posset quibus nutriri, itaq; quantitas illa sit substantium substantialis formae, tunc puer nutritus ex illis speciebus. usque ad finem vitae, non resurgeret nisi homo compositus ex quantitate, & forma substantiali, unde non esset ejusdem rationis cum cæteris hominibus: sicut si ignis genitus ex illis speciebus, aut cineres solum ex quantitate, & forma substantiali condarent, non essent ejusdem speciei cum aliis cineribus, & igne, materia enim est pars essentialitatis compositi ex dictis in Phys. Falsum est igitur accidentia à substantio separata posse nutrire; quod si quis species sacramentalis cibaretur, nutritur, quia accidentibus illis alteratis vi caloris naturalis, dum sunt in ultima dispositione, quae est aliquo sufficiens ad introducendum formam substantialem, si sub illis materia panis existeret, tunc crearetur à Deo vel solum materia prima, in quam vivens posset agere educendo substantialem formam, vel simul materia cum forma substantiali, ut alii placet.

53. Secundò, quod nec odores nutriant, est Arist. 2. de An. 64. & lib. de sensu, & sensu. c. 5. versus finem, ubi contra Pythagoricos duas rationibus offendit, prima est, id, quod non est ineffabile, non est nutrimentum, ad odoratas exhalationes non sunt ineffabiles, ergo &c. min. prob. quia exhalationes sunt maximè similes aeri, aer autem non videtur posse incrassari, ut oportet, major prob. omne nutrimentum est compositum id est crassum (sic enim interpretari debet ly compositum appositum ab Arist. aliter nullum aptum sensum efficeret) unde ex eo, quod cogitur alimentum in massam, reliquuntur in omni alimento excrementa; per quod videtur Aristot. tacite probare alimentum etiam debere esse proportionaliter incrassatum, quantum autem valet hæc ratio, videbimus infra n. 61. Secunda ratio est, & magis convincit, quia exhalatio odorifera non servatur in ea sede, in qua conficitur alimentum, ergo non immutatur à virtute nutritiva, assumptum patet, quia nutrimenta conficiuntur in stomacho, in epate, in corde, vel etiam in venis ut dicemus, ad huiusmodi odores directè petunt cerebrum, ubi nullum est instrumentum concoctionis alimentorum, videmus enim cerebrum immediatè cibo non ali, nisi prius per varias digestiones depuretur, & concoquatur, quavis Joannes Braus lib. de saporibus, & odoribus differentis cap. 14. contendat, odorosos halitus per poros corporis intrudis, ibique in substantiam aliti converti; quod dictum pollet aliquando concedi, si hac intrusione ad ventriculum pervenerint, in quo posset deinde fieri debita concoctio, si enim poma v. g. possint esse alimenta multo magis vaporosae exhalationes, quae puriores sunt, & ad conversionem magis idoneae, solum posset oblatte tenuitas ipsarum, sed de hac infra n. 61. Verum est tamen, quod cum exhalationes istae propter subtilitatem facile digerantur, sic etiam sanguinem subtiliter generant, & faciliè à membris reolvuntur, ut enim docet Hippoc. lib. de alimentis, & aphor. 13. quae celeriter nutriunt, celeriter etiam consumuntur, & evanescent, unde rustici, & laborantes cibis crassioribus, & prolixius vescuntur, quia hi cibi sanguinem grossum causant, & tardioris resolutionis, rustici autem propter laborem, & exercitium multum cibi consumunt.

56. Tertio, quod vinum folium ex fenestrat, prob. tum ex Arist. sect. 3. prob. 13. & 17. ubi ait merum diffucilius concoqui, quam diluatum, unde supponit utrumque concoqui, & immutari. Tum quia non apparet ratio in contrarium urgens, nam vinum accedit ad locum concoctionis, id ineffabile vi caloris, ut docet Arist. 4. Metheor. fum. 4. c. 1. ubi ait, vinum condensari, & magis novum, quia magis terreum est, & quam antiquum, unde plures faeces, & excrementa conficit, ergo erit nutrimentum. Tandem quamplures loco vino per aliquos dies nutritos esse refert Licetius lib. 2. de his qui diu vivunt vsu alimento, cap. 118.

Postremo, quod simplex aliquod elementum possit esse nutrimentum, prob. nam terpenes terra nutriuntur iuxta illud Gen. 3. Terreni comedes cunctis deditis vicia sua; talpa ex Plin. lib. 10. natur. hist. & lupus interdum teste Arist. 8. de hist. anim. c. 6. terra nutriuntur, & cap. 2. docet capiones, & terebra limo, & luto alii, quod est quid ex aqua, & terra commixtum, quod etiam affert de anguillis, additque anguillas aqua dulci velci, & eo magis, quo purior fuerit aqua, ait enim: *Ultima dulci humore vivunt, idque qui vivunt anguillarum dant operam, servant, ut quam maxime pura, sine aqua sit aqua siliensis semper, & effluens per ripas ubi vivaria extrahunt; nam nisi aqua sit clara, brevi frangantur intestini, & claritas affirmavit sect. 1. prob. 13. aquam esse alimentum ad differentiam aeris; plantae, & flores à terra avulsi in aqua aliquid vivunt, & augentur herbae quaedam radicibus nullis infusa, & crescut in mari. Chamæleon loaoere vivit ex Plin. lib. 8. c. 33. & Tertull. lib. de balneo, Chamæleon, inquit, jejuniis semper, & indefessis oculis vescitur, & sollicitus ruminat, & quamvis à Scalig. exercit. 1. 96. alleterit multo cibari; hoc tamen folio convincit, non solo palci aere, si enim quotidians cibis essent mulca, certè non à solo Scaligeri fuisset hoc observatum; De igne etiam prob. ex Arist. 5. de hist. anim. c. 19. & Plin. lib. 11. c. 36. afferebatibus in arceris Cypro fornicibus foliolas qualdam mulcis aliquidam grandiores degere, quae si ex igne exeant, pereunt, quas ea de causa igne palci a bitantur, & Pyraulias vocant; idem de Salamandra communiter affertur.*

57. Respondeat elementa apud nos pura non esse, quare quae uno elemento nutri videtur, multis nutriuntur, & præcipue aqua maris plurimum foridum, exhalationem, & mixtorum collectionem continet, unde non est mirum, si herbae ibi nascantur, iis enim foridus nutriuntur, & generantur; quod addit de pyraulis fabulorum putant, & ab Arist. narrative dictum, non asserit, ut ipse 3. de hist. anim. c. 19. expressè tradat nullum animal in igne posse vivere, quamplures etiam tellantur experientia Salamandram in igne non diu vivere, fed urti, & consumi, quoniam autem præhædunt, & irrigidæ est natura, suoque attactu prunas aliquidum extinguunt, & irigidum est, nonnullis illam impunem in igne morari: ut tamen admittit hyloria de pyraulis aut in arceris illis fornicibus multas inveniri partes mixtorum illorum, quae conflantur in as, quibus illae bestiolae paucum.

58. Verum licet admittamus libenter, ignem propter maximam activitatem, quam habet, non esse idoneum pabulum viventium, non idcirco idem asserendum de aliis elementis; quavis enim elementa modo apud nos sint impura, adhuc tamen, ut notat Averro, proprias retinent substantiales formas, & in illa mixtura aliqua dabitur particula aquae v. g. quae non sit aliis exhalationibus commixta, alter si quilibet pars aquae esset exhalationibus, alique foridibus compada, certè in eodem materiae portione remaneret simul forma aquae, & exhalationum, &c. quod est falsum, illa igitur aquae particula verè nutritur, & si separata omnino ab extraneis applicaretur viventi, esset verum alimentum, sicut in aliis cibis contingit, nec obstat, quod illa particula sit alienis saltem qualitibus affecta, quia hæc impuritas tali cum puritate substantiali, & cibis nutrire dicitur secundum propriam substantiam, non secundum accidentia, unde si reperiretur elementum purum particulae substantiali, & accidentali, adhuc posset pro alimento inservire. Præterquam quod sermo est de elementis, prout de facto apud nos existunt, unde advertari negat hoc fundamentum aquae posse in vinum converti, & crassescere, &c. & certè exemplum de floribus, & plantis à terra divulsis, & in aqua etiam igne valde purificata immerfis maximè urget. Tum quia nulla adest ratio in oppositum satis convincens, ut videbimus.

In oppos. obicit, quod odores nutriant, nam spiritus, & cerebrum confortat odoribus; Democritus odore calidi panis & vini quadriduo vitam traduxit; & Plin. lib. 7. c. 2. memorat populos in India reperiri ad Ganges fontes, qui solo odore, & halitu florum, & ponorum vitam sustentant. Resp. odores confortat cerebrum, non nutrire, & hoc quia ait Arist. de sensu c. 1. cerebrum frigidum est, & vapore odorifero, utpotè calido temperatur, ac fovetur, quare potius se habet ut medicamentum, quam ut alimentum. Democriti vita per odores fuit proterea, quia exhalationes eiusmodi multum vapores humidam mixturam habent, quare spiritibus agglutinatae, quibus sunt simillimes, sua humiditate eos conservant contra actionem calidi naturalis, & externi, quod exsiccatum humidi spiritibus admixtum extenuat animantia, & tandem extinguit, nisi velimus dicere exhalationes illas per continuam applicationem usque ad ventriculum pervenisse, & hinc aliquantulum pro alimento inservisse. Quod Plinius narrat, vel per hyperboleum dictum est, vel fabulosum.

59. Secundò, quod vinum non nutriat, ostenditur, quia si nutritur, mole Theologi docuissent vino quantumvis copiosè hausto jejunium Ecclesiasticum non violari, si enim violatur comelia quamcumque re

nutritur, cur non epoto vino? Tum quia nullum vivens hadenus loco vino diu vixit, & neque dicas id accidere, quia vinum est exigui nutrimenti, contra enim est, quia herbae sunt etiam exigui nutrimenti, & tamen illis aliquid diu vixerunt. Resp. Ecclesiam prohibuisse pro jejunio observantia, quae proprie, & ulu humo primo, & per se recipi solent ad nutriendum humidi non est potus, seu quae sunt infusa ad potum, sicut est aqua, vinum, cervisia, succus pomorum, & alia huiusmodi, sicuti quamvis pices quidam plus nutriant, quam quaedam carni; quia tamen ex genere suo carnes plus nutriunt, illi pices non interdum, addi posset nutrimentum ex vino sicuti citissime fit, ita etiam latam evasere, atque ideo non magnè siliantur. Et hac ratione non potest homo folio vino diu conservari, nam cum vinum vel multum haurias, quod potius viram exingit, vel parum, fed sepe haurire possit, atque ita cum legena circumeat, quod est valde diffucile longo vitæ tempore. Tum quia nutritionem valde confert affluere, adeo ut veneno aliqui legantur fuisse nutriti, infusere autem vino à tenero diffucillimum est, quia vinum infantibus est multum noxium, & tandem quamvis hoc non sit litteris traditum, forte aliquando contigisse non est denegandum. Imò Licetius cit. hoc refert c. 18. ex Colseo 2. de pot. in morb. c. 30.

60. Tertio quod elementa simplicia non nutriant, prob. expressè auth. Arist. de gen. so. ubi ex eo, quod nil nutritur unico elemento, probat illa, quae nutriuntur esse mixta ex pluribus elementis, cum nutriatur maxime sola aqua vivere, non tamen folia nutriuntur, sed saltem aqua, & terra mixtis, unde agricola, ut melius rigent, lignibus, & rostris miscent aquam terrae, idem reperit de sensu, & sensu. c. 7. versus finem ubi contra Pythagoricos negat simplex elementum nutrire, & præsertim loquitur de aqua, & aere. Tum quia (& est ratio Arist. cit.) singula elementa non sunt coheræntia, commiscibilia, & concaescentia, nec possunt accipere crassitatem nutribili debitam, ergo neque nutrire, confert, prob. quia nutribile est crassescens, ideoque ad mixtum generandum docuit Aristot. omnia elementa debere concurrere, magis tamen illa, quae faciunt coheræntiam, consistantiam, & commiscibilitatem partium, ex quibus oritur illa, quae ab Arist. cit. appellatur mixtorum corpulentia, hæc autem elementa sunt terra, & aqua, & terra enim est consistentia partium, ex aqua coheræntia, ut apparet in luto; antec. prob. quia certum est vi caloris (qui miniliter est alimentum concoquendi in sanguinem 2. de Anim. so.) nullum elementum per se fumptum crassescere, patet id in aqua, quae calore nunquam crassescit ad sensum, fed aliqua pars evolat, & conflatur maxime, alia vero non ita incrassatur, ut accipiat corpulentiam quae apparet in partibus viventium; patet etiam idem in aere, qui tenuatur actione caloris potius quam incrassatur: terra, etiam comburatur, in tenuissimum, ac penè insensibiles vertitur pulveres; neque deigne attinet dicere, cum calor in summo debeat, est maxime tenuis; merito ergo Aristot. 2. de part. anim. cap. 6. ad finem, & lib. 2. cap. 3. alique Medici aptissima nutritioni dicunt esse corpora, quae habent humiditatem, & siccitatem, ut hac contrarietate se mutuò commallent. Tum 3. alimentum debet converti in substantiam aliti, etque fieri simile per virtutem potentiorum valeantem illud transmutare, at calor naturalis non est potentior qualitibus elementorum, quia qualitates mixti sunt per participationem qualitatum elementorum, ergo simplex elementum non potest esse nutrimentum.

61. Respond. ad 1. rectè ibi Arist. ostendere animata ex quatuor elementis consistere, quia nutrimentum, ex quo aluntur, ex illis consistat, non quod semper, & necessario debent vivencia ex quatuor elementis alii, hoc enim est contra ipsum Arist. ait namque ibi, plantae ex terra, & aqua nutriuntur, quamvis ex omnibus quatuor elementis componantur, sed quoniam aqua, & aere, & facilius vivencia ex pluribus elementis aluntur, ex hoc tamen non debet inferri nullum elementum quandoque se solo posse nutrire; Vel negavit elementa singula nutrire, quasi quod necessario certum aliquod vivencia expolcat certum elementum pro nutrimento, & non possit ex pluribus simi cibari. Ad 2. vel per ly crassescere intelligitur, quod alimentum debet per nutritionem converti in substantiam aliti, quae corpulenta est, consistens, & coheræns, & hoc est verum, negamus tamen elementa virtute nutritiva viventis non posse converti in hanc substantiam crassam, & consistentem, ignis enim, & aere, quamvis sint tenues, & rarissimi possunt in terram, quae corpulenta est, & consistens, converti; sanguis, & spiritus licet sint fluidi, convertuntur in substantiam solidam carnis, ut ossis; Vel per ly crassescere est sensus, quod nutrimentum debet accipere majorem soliditatem, & crassitatem ante conversionem in substantiam aliti, quam habet in se, & hoc non est semper verum; chylus enim, sanguis, & cæteri humores sunt fluidiores, quam cibis, ex quo extrahuntur; Vel tandem est sensus, quod per concoctionem cibis digeri debet, ut resolvatur vi caloris in partem puriorem, & subtiliorem, & in partem impuriorem, & crassiorem, quae faeces appellari solent, & hoc est verum, quando nutrimentum remanet est crassum nutrimento proximo; at quando est tenuius, potius debet inspissari, ut in nutrimentum proximum convertatur, unde si aqua est crassior, chylo, poterit hoc modo crassescere, & in partem puriorem, ac impuriorem converti, si est tenuior, pars crassior poterit in chylo mutari, subtilior vero evaporare, nec refert, quod calor potius attenuet aquam, & aereum, quam condenset; etenim licet ca

Maffrii, & Billau. De Anima. Tom. III.

lor sit miniliter principalis potentiae nutritivæ, non tamen ipse solus, fed aliae qualitates concurrunt à frigore, ut diximus disp. præced. qu. 2. quare aer poterit condensari à frigore conaturali vivencia, aqua à virtute convertiva, alique qualitibus; præterquam quod aqua crassior est spiritibus vitalibus, unde potius debet à calore naturali sublevari, quam condensari, ut in nutrimentum proximum vertatur. Terra quoque licet à calore naturali non possit coheræntiam recipere, poterit tamen ab humido naturali humefieri, nam omnes quatuor qualitates concurrunt ad alterationes prævias nutritioni, & mixtionem; Similiter de igne dicendum, supposita veritate generationis pyriti; quod crassescit virtute frigidi naturalis illarum, in quatuor probat hæc Arist. ratio, solum enim convincit ut in plurimum, non absolute. Ad 3. si valeret, concluderetur elementa nec se sola, nec simul sumpta posse in mixtum converti, quia qualitates mixti semper sunt qualitates participatae; quare major non debet intelligi de potentiori virtute quoad intentionem, sic enim plantae non possent aqua, & terra permixtis nutrir; sed sufficit, ut qualitates vivencia possint elementa alterare ad temperamentum nutrimenti proximi, ad quod non requiritur intensior qualitas, non enim implicat calorem ut non requiritur frigidum ut octo, nam adhuc alio modo convenit ex parte majoris inasqualitatis, quia potentia activa caloris superaret potentiam resistivam frigoris ut diximus disp. 2. q. 1. art. 2. De hac re vide Licet. cit. ubi oppositam sustinet opinionem nec sine probabili fundamento, non enim adpotat pro altera contradictionis parte convincentes rationes.

ARTICULUS II.

De potentia nutritiva, ejusque actu nutritivis.

62. Potentia nutritiva definitur ab Arist. 2. de An. 48. Est potentia, quae est in corpore simpliciter, quatenus est huiusmodi, & quamvis Combr. ly quatenus est huiusmodi explicent, quatenus vivens est, rectius tamen alii intelligunt, quatenus est hoc in individuo, quia potest vivens ut vivens conservare seipsum in specie per multiplicationem individuum, quod non fit per potentiam nutritivam ut se, sed generativam, at potentia nutritiva vivens seipsum conservat in individuo.

Hanc potentiam nutritivam quamplures à calore vitali, vel à temperamento primarium qualitatum non distinguunt; quia ratione calorem vitalem ad elementariae speciei distinctum ponunt. Sed falsò, tum quia hi calores sunt ejusdem speciei, ut diximus disp. qu. 7. tum quia temperamentum non est potentia vitalis, sicut est nutritiva, tum quia potentia nutritiva est principium transmutationis alimenti in substantiam aliti, attingitque substantiam de novo generatam, calor autem, ut temperamentum, cum fit accedens, nequit generationem substantiae attingere ex dictis in Physic. disp. 7. quapropter erit hæc potentia facultas quaedam, seu virtus animae vegetativæ, residetque in omnibus partibus à nimis vivencia, quia ex dicendis omnes partes vivencia nutriri debent, unde facultas animae erit potentia quaedam partialis nutritiva, totum autem consociatum ad facultate, & parte corporis animatae erit potentia totalis, & adequata, ut de potentia sensitivis dicemus in lib. de anima. Et quamvis ab Arist. quoadque nutritio calori tribuatur tanquam potentia, intelligi debet de potentia instrumentali, non principali, quia inter alias qualitates calor maxime infervit ad hanc operationem vitalem, & experientia constat. Hæc verò potentia, seu virtus adequata, & totalis diversè rationis est, non solum in variis viventium speciebus, sed etiam in eodem individuo juxta diversitatem partium formae corporitatis, diversos quoque producit effectus, nam potentia nutritiva carnis producit carnem, potentia ossis caluit os, &c.

63. At tamen quia ad nutritionem multæ prærequiruntur actiones, ut mox dicemus, per quas paulatim disponitur alimentum ad conversionem substantialem, hinc præter potentiam nutritivam, cuius principaliter est convertere alimentum in substantiam aliti, plures etiam aliae virtutes concurrunt ei inservientes, vel per totum corpus diffusæ, vel in certis partibus residentes, item vel communes omnibus viventibus, vel propriæ quibusdam tantum, præsertim animalibus perfectis. Prima dicitur virtus atractiva, quia partes omnes ad se trahunt alimentum necessarium, & maxime partes illas, quae præparare, aut immittere, ut deferre debent alimentum, ut sunt radices in plantis, ventriculus, & hepatis, & vena in animalibus. Secunda potentia dicitur retentiva, quia partes illae retinent alimentum attractum, & proportionantur, vel ut in se convertantur, vel ut disponant, & perfectius præparent, vel ad aliquem alium usum. Tertia dicitur expulsiua, quia partes à se recedunt partem alimenti, vel quia noxia, & inutilis, vel ut ad aliam partem transfunt. Quarta dicitur secretiva, seu separativa, quia partes puriores alimenti ab impuriore segregantur, in qualibet enim digestionem depuratur nutrimentum, & ab ipso aliqua superfluitas seceantur. Quinta dicitur appetitiva, quia pars quælibet appeti alimentum necessarium, quando caret illo. Tandem sunt aliae potentiae peculiare concoctivæ diversimodè alimenti juxta varias mutationes, & digestiones nutrimenti, ut dicemus, potius debet inspissari, ut in nutrimentum proximum convertatur, unde si aqua est crassior, chylo, poterit hoc modo crassescere, & in partem puriorem, ac impuriorem converti, si est tenuior, pars crassior poterit in chylo mutari, subtilior vero evaporare, nec refert, quod calor potius attenuet aquam, & aereum, quam condenset; etenim licet ca

64. Quoad alteram partem difficultatis de actu nutritionis advertendum, quod plures actiones præcedunt, antequam alimentum in

substantiam convertitur aliti, & hoc, quia inter substantiam vi-

ventis, & cibum est magna distantia, ideoque debet per varias actio-

nes disponi, & in nutrimentum proximum converti, & quoniam

actiones istae sunt quaedam digestionis, & concoctionis, idcirco

igitur sunt media inter elixata, & asata, nam interioris sunt sic-

67 His praenotatis declarande sunt alterationes, & digestiones

68 Peracta digestionis ventriculus chylum demittit per inferius

69 Post hanc concoctionem sanguis alius humoribus permixtus est

haurit, nulli sunt meatus, per quos possit reliquos humores ad pro-

Conatur Buccius in disp. de partium corp. principatu, & Dand.

70 In his omnibus digestionibus semper fit aliqua separatio su-

71 In intervallum tot notavit Arist. 2. de part. Anim. cap. 3. circa

72 Cum igitur tot mutationes cum accidentales, tum substantiales

73 Caeterum quia animalia non in uno determinato loco exi-

tum, sicut plantae, sed huc illic moventur, cibumque in diversis

74 Verum hic explicandae veniunt definitiones famis, & sitis ab

QUAESTIO V.

An per nutritionem acquiratur nova substantia.

75 PRIMA opinio est Magistri sent. 2. d. 30. negantis in nutritione

Communis opinio docet in nutritione fieri acquisitionem tum

Maffri, & Belluti. De Anima. Tom. III.

novam acquisitionem explicit; præsertim Complut. de Gen. disp. 5. q. 3. & seq. ajunt duas substantias separatas, si uniantur, ubi prius erant duo tota realiter actu distincta, realiter deinde in unione identificari, ut nulla sit inter illas realis distinctio quoad substantia, eo quia prius erant duabus quantitativis totalibus sibi-gilla, post unionem una quantitate solum, à quo sumitur ratio individualitatis, quia tamen possunt iterum per divisionem separari, ad corruptionem, ideoque ajunt cum hac actuali identificatione fieri realem quandam distinctionem potentialem, qua possunt de novo actualiter realiter distingui, si separantur; quæ distinctio potentialis major est distinctione virtuali, quæ enim hæc distinctione differret, ut sunt prædicata quidditativa, nullo modo separari possunt. Hinc per nutritionem ajunt acquiri substantiam vivam de novo ex materia alimenti productam, non quidem ut habet rationem partis, quia hæc denominatio est à quantitate, & accidentalis, unde nequit sub hac ratione terminare nutritionem, quæ respicit substantiam sub ratione substantialem, sed terminat, ut sit realiter, & actu unum per se, & identificatum cum præcedenti substantia, licet per quantitatem possessa extendatur, & habeat rationem partis. Joan. de S. Thom. q. 8. de Gen. artic. 2. ait, per nutritionem acquiri partem entitatem substantiæ, quæ est pars formaliter per quantitatem, ex se tamen est solum radicaliter pars, unde non acquiritur formalitas partis, sed radix, quæ est illa substantialis entitas.

76. Dicendum est, in nutritione acquiri novas partes materiae, & formæ, quando hæc est divisibilis, actu ex seipsis realiter distinctas à substantia præcedente vivente tanquam partes entitative, & substantialem interdivisibiles, quæ verè transeunt in substantiam aliam. Conclusio est Sicut in 4. d. 44. q. 1. & 2. d. 19. quem omnes ferè sequuntur; & primo quod acquiri nova pars materiae, quando ipsa est divisibilis (quod adimus propter animam rationalem, quæ cum sit spiritualis caret partibus entitativis, ut suo loco dicemus) prob. à Scoto, omnis forma præter rationalem est divisibilis, materialis, & de potentia educitur materiae, ergo ad extensionem materiae extenditur quoque forma. Antec. supponitur tum ex dictis in Phisicis, tum ex dictis in lib. de An. conseq. prob. ex Arist. in prædicam. cap. de quant. ubi habet, quod quanta est superficies, tanta est albedo, ergo quanta est materia, tanta est forma. Tum quia quando adventi viventi nova pars materiae, vel pars formæ illam materiam perficiens, quæ prius unam partem materiae informabat per advectionem, cessat informare priorem materiam, vel non (per materiam priorem non intelligimus illam, quæ fluit propter caloris actionem, sed quæ adhuc permanet in vivente) si secundum, ergo idem perfectum perliceret duo perfectibilia adæquata, quod est impossibile, etiam de potentia Dei absoluta, quia nequit forma materialis duas materias adæquatas informare, ut ostendimus disp. 7. Phyl. q. 7. Si prius, ergo illa prior materia debet ab alia forma informari, & sic daretur nova pars formæ, vel materia sine forma. Accedit, & hoc sicut accidentalis forma nequit migrare de subiecto in subiectum, etiam si unum subiectum sit alteri continuum, sed extenditur ad extensionem subiecti per novas partes, multo minus forma substantialis materialis poterit de subiecto in subiectum migrare, etiam si continentur, nam major est unio formæ substantialis cum materia, quam accidentis cum subiecto; tum quia in illa partiali corruptione per actionem caloris vivens amittit partem aliquam materiae, quærimus igitur de parte illa formæ, an se restringat ad partem materiae remanentem, & sic est migratio, & duæ formæ partiales in eodem subiecto, an verò se sola persilant, & hoc est naturaliter impossibile, an tandem fluat simul cum materia, & tunc sicut per nutritionem restauratur perditio materiae per acquisitionem materiae alimenti, ita etiam debet restaurari perditio formæ per acquisitionem novæ formæ.

77. Resp. Zabar. migrationem totalem, qua forma totum deserat subiectum, & aliud totum informet, esse naturaliter impossibilem, ad migrationem quasi partialem, qua forma totum suum subiectum non deserat, sed in eo maneat, & ab una ejus parte ad aliam informandam transeat, non esse impossibilem in anima, licet in aliis formis non detur, ratio est, quia alia formæ informant corpus futurum, in quo est eadem conditio totius, & partis cujuslibet, quare in informatione una pars non dependet ab alia; à anima est forma corporis dissimularis, cujus partes necessario ordine informant, unam quidem primò, ac præcipue, deinde alias per illam, quare poterit aliter quia materia, & forma non sunt actu separata, imò magis unita, quam duæ partes materiae; illæ enim consistunt totum integrale entitativum, illæ totum per se Phisicum ex actu, & potentia, quod est magis unum, quam illud, erunt materia, & forma realiter identificata, & potentialiter realiter distincta. Tum quia vel materia alimenti post nutritionem actu retinet in alio eandem entitatem, quam habebat sub forma alimenti, vel illam amittit: si secundum, ergo destrueretur, quod est falsum; si primum, ergo sicut antea materia alii erit actu realiter distincta à materia alimenti, etiam post nutritionem erunt actu realiter distinctæ, unio enim facta per nutritionem tollit divisionem, & separationem, non distinctionem. Si dicatur converti in substantiam aliam, adhuc arguitur, vel illa conversio fit cum amissione præcipue entitatis, ut cum vinum convertitur in acetum, vel non, & sic arguitur ut prius. Falsitas etiam huius opinionis deducitur ex hoc, quod supponit quantitatem esse principium individuationis, quod esse falsum ostendimus in Metaph.

78. Verum licet partialis transmigrationi debeat admitti in forma indivisibili, qualis est anima rationalis, quia à subiecto non dependet, non tamen in forma divisibili, hæc enim cum sit materialis, in suo esse, fieri, & conservari dependet à materia, ut sine illa nec esse, nec fieri possit, nec à qualibet materia, sed ab illa, quam informat, non enim pars animæ, quæ est in arboris ramis, dependet à

materia, quæ est in radice, nam si præcideretur ramus, adhuc vegetabilis anima permaneret, licet non diu, idem dicendum de sensitiva in animalibus imperfectis, quæ patiuntur divisionem, ut lunt lacertæ, vermiculi, &c. si ergo pars formæ essentialiter dependet ab eadem materia, quam informat, cerè si hæc diffinit in vivente, perit etiam forma informantis illam, quod autem primo informet aliquas partes, solum arguit dependentiam, & laborationem in informationem partium, non tamen, quod anima totaliter dependeat à partibus principalioribus, & nullo modo ab aliis, saltem secundum illas partes, per quas informat. Neque dicatur, partes illas conservari ab adventiente materia: Nam potest esse, quod ad destructionem partialem substantiæ vivens non succedat immediate restauratio per nutritionem; aliter enim partes illas formæ confugere tunc materiam remanentem, etiam vanum, quia in decisione rami, aut cauda lacertæ, pars formæ remanet in eadem materia, ergo si hæc materia flueret, pars formæ simul flueret, non vero desereret illam. Nec altera responsio aliquid juvat, loquimur enim de æqualitate secundum partes entitative correspondens tota toti corpori, & pars parti, certè major est secundum illas partes anima vegetans, quando arbor est iam ingens altitudinis, quam cum erit parvula plantula, aliter oporteret afferere, vel animam omnem indivisibilem esse, quod est falsum, ut in lib. de An. dicimus, vel animam extendendo se ad totum corpus, veluti geminari, & reduplicacione quadam informare totum corpus, sicuti albedo palmaris non potest coextendi subiecto bipalmari, nisi vel per additionem, vel per replicationem, hoc autem secundum esse impossibile, quia idem pendere à pluribus causis materialibus adæquatis. Sicut igitur totum corpus est adæquatum perfectibile totius animæ, ita partes partes adæquatum perfectibile cujuslibet partis animæ, licet cum aliqua dependentia partium minus principalium ad principaliores, ergo eadem pars formæ informaret duas partiales materias, aut e contra, idem perfectivum in duobus adæquatis perfectibilibus existeret, vel e converso. An autem hoc contingat in omnibus viventibus præterquam in homine, ut vult Scotus cit. an solum in plantis, & animalibus imperfectis, ut voluit Thomista, pendet ex illa. An anima perfectior animalium scilicet equi, bovis, &c. sint divisibiles, vel indivisibiles, in lib. de An. dicendum.

79. Secundo, quod illæ novæ partes fit à præcedentibus substantia, seu entitative actu distinctæ, patet ex dictis disp. 9. Phyl. q. 1. art. 1. & disp. 7. Log. q. 2. art. 2. ubi ostendimus substantiam præcisa quantitate habere partes entitativas; & adhuc ostenditur, quia nutritio de sua ratione formaliter respicit per termino substantiam viventis, non totalem, aliter à generatione simpliciter non differret, sed partialem, unde aggregatio dici solet, & hoc præcendendo à quantitate, sicut illa substantia natura præcedit quantitatem, sicut corruptio, cui nutritio opponitur, est destructio aliquius substantiæ partialis, non totalis, ergo hæc nova substantia, seipsa distinguitur à priori substantia non per quantitatem, hæc enim sublequitur, & præsupponit illam, non distinguitur autem ut totum à toto, quia non sunt duo divisa, sed unita, ergo ut pars à parte. Nec valet responsio Joan. de S. Thom. substantiam illam esse solum radicaliter partem, non formaliter. Non valet, quia ut diximus in Phyl. verè substantia illa præsupponit quantitatem, & cum præcedenti substantia, & entitative unitur, & una non est alia præcisa quacunque quantitate, ergo erit actu pars formaliter, non tantum radicaliter, hæc enim compositio consistit per suam entitatem, non per quantitatem, quod si propter penetrabilitatem nolunt Thomista appellare illam partem, quasi quod de ratione partis sit impenetrabilis, quæ verè habetur à quantitate, hoc est voluntariè dictum, & consuevit quæstionem de nomine.

Multò minus valet responsio Complut. afferentium partem illam propter sigillationem unius quantitatis realiter actualiter identificari cum præcedenti, licet potentialiter distinguatur. Hoc in primis est inauditum in scholis, scilicet quod aliqua realiter identificata possint separari; ut enim diximus in Logica disp. 1. q. 5. art. 2. præcipuum, & sufficientissimum signum distinctionis realis actualis est possibilitas separationis, non actualis separatio, ex 7. Top. c. 1. loc. 16. quæ enim actu non sunt separata, sed possunt separari non dicuntur actu realiter identificata, & potentialiter realiter distincta, aliter quia materia, & forma non sunt actu separata, imò magis unita, quam duæ partes materiae; illæ enim consistunt totum integrale entitativum, illæ totum per se Phisicum ex actu, & potentia, quod est magis unum, quam illud, erunt materia, & forma realiter identificata, & potentialiter realiter distincta. Tum quia vel materia alimenti post nutritionem actu retinet in alio eandem entitatem, quam habebat sub forma alimenti, vel illam amittit: si secundum, ergo destrueretur, quod est falsum; si primum, ergo sicut antea materia alii erit actu realiter distincta à materia alimenti, etiam post nutritionem erunt actu realiter distinctæ, unio enim facta per nutritionem tollit divisionem, & separationem, non distinctionem. Si dicatur converti in substantiam aliam, adhuc arguitur, vel illa conversio fit cum amissione præcipue entitatis, ut cum vinum convertitur in acetum, vel non, & sic arguitur ut prius. Falsitas etiam huius opinionis deducitur ex hoc, quod supponit quantitatem esse principium individuationis, quod esse falsum ostendimus in Metaph.

80. Tandem, quod hæc substantia verè convertatur in substantiam

tiam aliti, probat Doctor in 4. cit. contra Magistrum, qui solum in homine hoc videtur afferere, nam ait Scotus q. 7. Cites istam quæstionem, quia non minus perfectè nutritur homo, quam brutum, nam ita generatur homo imperfectè quantitas, sicut brutum, & ita in illo fit partium continua perditio, sicut in illo, ergo sicut in brutum nutritio fit per conversionem alimenti in substantiam brutorum, & augmentatam, probat deinde universaliter, nam si caro illa, quæ à parentibus contrahitur, solum addit in sensitivo toto vite tempore, jam esset incorruptibilis, quod est falsum, quia est eisdem rationis cum altera. Tum quia tota caro est in sensitivo animata, tam anima vegetativa, quam sensitiva, ergo tota est ipsorum substantia. Quibus accedit, quod vivens secundum suam substantiam fit majus, ergo vel per replicationem eisdem substantiæ, vel per rarefactionem, vel tandem per veram additionem novæ substantiæ, non primum, quia replicatio pluribus locis non est naturalis, nutritio autem, & auditio est naturalis; non secundum, quia fetus corpus vivens audit esse rarius, tenuius, & levius corpore vivente parvi, quod est falsum; restat igitur quod hæc majus per veram additionem novæ partialis substantiæ, quæ fit de ratione viventis.

81. In oppos. primò arguitur, quod acquiratur pars formæ, ex Arist. de Gen. 2. 5. & 37 ubi ait, quod caro secundum speciem, seu secundum formam augetur, caro vero secundum materiam non augetur; & in tex. 36. ait, quod caro secundum formam manet, secundum verò materiam fluit, ac resiliit, ergo per Arist. forma non corrumpitur in vivente, sed eadem per totam vitam conservatur, & 1. de An. 94. afferere videtur omnem animam indivisibilem esse, ergo saltem anima secundum materiam non acquiratur de novo. Tum 2. de nova parte carnis nova pars animæ educitur, quia hæc pars carnis est homogenea, jam illa pars animæ non est actus corporis organici contra definitionem animæ, sed homogenei; Neque etiam in vivente est aliquid membrum principale, à quo in cætera membra diffundatur vita, & in illis dependet ab illo reparetur, quod est falsum, nam cætera membra dependenter à corde animantur, seq. prob. quia res non pendet in conservari ab eo, à quo non pendet in educi, sed pars illa animæ educitur à parte carnis, non à corde, ergo &c. Tum 3. non unica anima est in vivente, nisi per aggregationem plurium, quod est falsum, nam Arist. 2. de part. Anim. c. 9. 5. & 7. ait animal esse unum propter animam unam, & hæc anima est una propter unum principium, quod est cor. Tum 4. quia fic nutritio non est aliud, quam iuxta positio, & quælibet pars aucti non esset actus contra Arist. 1. de augment.

Resp. primam authoritatem esse valde difficilem, & plures adesse responsiones, quæ parum, aut nihil valent, ut est videtur apud Biragum 1. de Gen. q. 1. 1. & Zab. l. de accret. c. 19. 20. & 22. dicimus tamen cum Scot. in 4. cit. lit. l. quod per partes secundum speciem, & secundum materiam intelligit partes integrales ipsius compositi ex materia, & forma constantes, quæ partes alia secundum speciem dicuntur, & alia secundum materiam, & hoc tripliciter, primò pars secundum formam dicitur, quæ habet esse secundum formam. Secundo dicitur, quæ non solum habet esse, sed etiam operari, forma enim dat esse, & agere, & secundum inlert moem, licet non e contra, citius enim alicui deficit actio propter imperfectionem, quam esse, per quam operationem ipsa illa potest contrario resistere, & seipsum in toto conservare; Tertio tandem pars secundum formam illa dicitur, quæ tantam habet moem, ut nutritione possit fieri additio, nam ut dicemus q. seq. nutritio immediate non fit secundum omnes partes proportionales, sed secundum partes aliquas inter unum, & alterum partium mediantes, modo partes illæ secundum formam dici possunt, quia habent quantitatem sufficientem, cui poterit heri additio substantiæ. Ex opposito pars secundum materiam tripliciter dicitur, Primo, ut opponitur parti secundum formam primo modo, & ex illa, quæ caret esse formæ, quo pacto parti secundum formam privative opponitur, cum sit carentia ipsius. Secundo, ut opponitur parti secundum formam in secundum sensu, & est illa, quæ ex se non habet talem virtutem conservandi seipsum in toto, ac resiliendi contra rem habet esse. Tertio, ut opponitur parti secundum materiam tertio modo sumptam, quæ est pars illa proportionalis, secundum quam non fit nutritio, tunc ad Arist. ait Doctor, quod in prima propositione loquitur de parte secundum formam, & parte secundum materiam in tertia significatione; in secunda, verò propositione loquitur de ipsis in prima, & secunda significatione acceptis, pars enim secundum speciem in primo sensu reduplicative non fluit, quia manet in toto, nec in secundo sensu, quia vim habet conservandi seipsum, sed fluit pars secundum materiam in primo sensu, quia illa pars prius dicebatur secundum speciem, quando erat in toto, modo quando fuit, non dicitur amplius secundum speciem, sed secundum materiam; similiter, & in secundo sensu, quia si non habet virtutem se conservandi in toto, jam est in potentia proxima ad fluendum; ex quibus patet, quomodo Arist. fit potius pro nobis, ait enim quod fit additio parti secundum formam, ergo secundum ipsum non manet omnino eadem forma invariata, sed in nutritione adventit pars aliqua formæ. Ad 2. author. dicimus variè apud interpretes legi, Argyropolus enim vertit *indivisibilem*, quod tamen est intelligendum de vegetativa, & sensitiva, de quibus prius fuerat locutus, deinde est indivisibilem dicit, loquitur de indivisibilitate secundum speciem, non secundum extensionem, ut colligitur ex ipso textu. Vel loquitur de animalibus perfectiorum vivendum, quarum partes nequeunt separari existeri; sequo in lib. de Anim.

82. Ad 2. concedimus partem illam animæ esse actum corporis homogenei, quod in omnium lententia est afferendum, ideo enim anima informat corpus dissimilare, quia informat partes similes; definitio autem animæ non debet verificari de qualibet parte, sed de tota anima, nequit enim anima tota existere, quin corpus æthero-homogenei. Negamus etiam secundum conseq. alia enim partes in tantum animantur, quia hæc participat vitam, ad prob. dicimus animam partialem dependere in conservari, & produci à corde in genere causæ materialis, & à parte carnis, à qua educitur, in genere causæ materialis; quamvis in aliquibus præcipue in plantis, non addit tanta dependentia inter partes. Ad 3. in vivente unam animam reperiri per continuationem, non plures, aliter omnem animam indivisibilem oporteret ponere, quod manifestè repugnat experientie in plantis, & animalibus imperfectis. Ad 4. dicimus quæst. seq.

Secundo, insinuat potest contra aliam partem concludi, quod istæ partes non sunt substantiales actu distinctæ omnibus illis rationibus, quibus Thomista divisibilitatem substantiæ in partibus entitativis impugnant, quas solvimus disp. 9. Phyl. q. 1. art. 1. & disp. 7. Log. q. 2. art. 2. sed præsertim arguit Complut. hic, primò ex hoc, quod materia non sit ex se una numero positive, sed negative, quare nequit in materia, ut intra genus substantiæ continetur, assignari partium distinctio. Sed hoc fundamentum jam dirimus disput. 2. Phyl. q. 4. art. 1. & disp. 5. q. 3. artic. 1. Deinde arguit, quia substantia materialis, & completa debet esse quid per se unum, ut est genus intra lineam substantiæ, at si haberet partes entitativas una cum partibus physicis, non esset quid per se unum, quod prob. quia ex duobus totis completis non fit per se unum, ad hæc nostra sententia in hac substantia esset totum resultans ex partibus entitativis, & totum resultans ex partibus physicis, quare includeret duas totalitates completas, & consequenter esset unum per accidens. Si dicatur hæc duo tota non distingui realiter, sed sola ratione, ex eo quod totalitas entitativa nihil est aliud, quam tota entitas materialis, & formæ unitæ, & totalitas per se Phisica nihil est aliud, quam tota entitas materie, & formæ. Contra, illa tota realiter distinguuntur, quorum singule partes sunt realiter diversæ, sed partes totius integralis entitative, & partes totius Phisici realiter inter se distinguuntur, quia materia illius sunt materia, & forma, quæ realiter distinguuntur à quavis parte totius integralis, scilicet à capite, esse, brachio substantialem fumptis, ergo &c.

83. Resp. si argum. concluderet, probaret etiam quantitatem non esse unum per se, in ipsa enim adest totalitas integralis, & totalitas Metaphysica, & sunt de per se conceptu quantitatis, nam extensio partium impenetrabilium est ratio quantitatis, in qua totalitas Metaphysica includitur, nec una totalitas se habet per modum actus, & potentie respectu alterius, dicimus ergo, idem ens substantiale completum essentialiter includere utramque compositionem, quia ut novavimus in Log. disp. 7. q. 2. art. 2. per se unum, quod prob. quia quælibet pars illius sunt materia, & forma, quæ realiter distinguuntur à quavis parte totius integralis, scilicet à capite, esse, brachio substantialem fumptis, ergo &c.

84. Tertio, arguitur, quod alimentum non transeat in substantiam aliam. Tum quia ex Matt. 1. 5. Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in fecellum mittitur, ergo nulla pars cibi transit in substantiam, & cale consumptum per actionem caloris restituitur per nutritionem, aliter posset homo naturaliter se in æternum conservare per nutritionem, nutritio, quod est falsum. Tum 3. saltem in homine non erit naturalis nutritio, & conversio cibi in substantiam aliam, quia nequit homo attingere unionem animæ rationalis in generatione, ergo neque in nutritione. Tum 4. infans mortuus in infantia resurgit in ætate perfecta, & mole corporis illi ætati proportionata, & tamen non habuit novam carnem per nutritionem, ergo eodem modo homo adultus augetur in mole corporis absque conversione cibi in substantiam propriam. Tum 5. sequeretur vivens esse in continua deperditione, & nova acquisitione partium, & sic non esset idem totus homines fuerunt in Adamo non solum secundum feminalem rationem, sed etiam secundum completam substantiam, feminalem rationem hoc autem videtur, si homines per nutritionem acquirerent novam substantiam, quæ fit de veritate nature, sicut in tota hominem caro fuisset in Adamo, quod est ridiculum. Tandem si fieret ista conversio, tunc homo in resurrectione resurgeret ingentis magnitudinis, quia deberet reassumere totam carnem nutrimentalem, quam habuit in hac vita; imò contingere potest, quod aliquis nutria-

nutritur carne humana, ergo si fieret ista conversio, eadem caro in resurrectione reperiretur in duobus, aut saltem eadem numero materia.

87 Resp. ad 1. ubi omnia distribuere pro quolibet cibo, non pro quolibet parte cibi, de quolibet enim est verum dicere, quod per se ipsum emittitur, quia in quolibet digestionem fit aliqua seorsum segregatio, non tamen de omni parte, sed solum de tenuioribus, purioribus nec offit, quod urget Arriaga disp. 2. de Gen. m. 77. hanc propositionem sic explicatam ineptam esse ad inentum Christi, nam voluit Christus probare, quod in os intrat, non coquinare hominem, qui in ventrem vadit, & in feculum emittitur, ab hoc autem exitur, ut totum eat in feculum, aliter ab illa parte remanente potest coquinari homo; tum quia ly omne neutraliter positum idem est actio, nam licet dici possit omnia composita substantia esse materialia, non tamen est verum omne subulare esse materiale, quia rationalis anima, quae est pars compositi substantialis, non est materialis. Non obstat, quia ut notat Basil. 2. d. 30. q. un. ar. 1. & Ruvius hic per illam propositionem Christus voluit ostendere hanc cibi digestionem esse actionem naturalem potentiae nutritivae, & ideo non coquinare, quod enim coquinat, exit de ore, hoc est de corde, & manet in illo, quia adus voluntatis est primo peccatum, & de isto exeunt furta homicidia, & adulteria. Neque urget, quod addit, nam Apol. 1. Cor. 10. ait, Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, ubi ly omne non necessario significat totum, ita ut Apollolus consuleret, ut omnes cibos, & secundum quamlibet partem manducemus, sed recte potest fieri distributio ad omnes, & singulos cibos, non ad omnes, & singulas partes. Ad 2. dicitur quod ult. Ad 3. patet ex dictis nu. 37. verum enim homo propria virtute attingit unionem istam partem animae, quia jam habet in sua potestate animam, at in generatione totaliter à Deo creatur, & liberat. Ad 4. dicitur, quod Deus supplet ex aliqua materia extrinseca in resurrectione. Ad 5. dicitur quod 7. Ad 6. communiter ajunt Theologi, ideo homines in Adamo contineri, quia ab ipso descendunt tanquam à causa remota, & originaria secundum naturalem propagationem per virtutem generativam, quae est ratio seminalis, & secundum corpus tantum substantiam, quae est materia subministrata à parentibus in generatione, non autem quod caro omnium hominum exierit in Adamo. Ad 7. ait Doctor in 4. cit. quod homo in resurrectione solum habebit non quidem omnem carnem, quam per nutritionem acquisivit in via, sed quantum sufficit ad perfectam aetatem corporis virilis, & ex omnibus partibus carnis habebit puriores. Similiter si eadem portio materiae fuisset in duobus hominibus resurgit in illo homine, qui prius fuerit de illo nutrita.

QUESTIO VI.

De nutritio continuu secundum omnes viventes partes fiat.

86 PRIMA questionis pars duplicem finem habere potest, primus est, an cum fit nutritio, fiat in instanti, vel successivè, secundus est, an à principio vitae usque ad finem incessanter, & absque interruptione fiat. Quoad primum sententiam manet difficultas soluta ex dictis disp. 5. q. 1. ar. 1. eadem enim rationes probantes generationem inanimatorum fieri successivè, idem de nutritione ostendunt, nam licet viventium generatio potest fieri in instanti, eo quia viventia in generatione minimum sibi determinant, in nutritione vero, quia jam praesupponitur vivens existens, non necessario exigitur hoc minimum, idcirco se habent ut inanimata, & consequenter successivè nutriuntur; jam enim anima praesupponitur in introducta in determinata, & proportionata magnitudine, per quam possit proprias exercere operationes. Solum urgeri potest ex Scoto 4. d. 44. q. 1. L. ubi habet haec verba: Sed ex istis adhuc non habetur de modo augmentationis, quia illa augmentatio, quae fit in nutritione, est momentanea, augmentatio autem non est instanti, cum fit motus. Dicimus tamen, quod Scoto ibi solum intendit nutritionem ab augmentatione distinguere, non vero assignare germanum modum nutritionis, an scilicet in tempore, vel in instanti fiat, & quoniam quoad successione, etiam si nutritio fiat in tempore, distinguitur adhuc ab augmentatione, nam haec intrinsece, & per se petit in tempore fieri, illa vero solum extrinsece, & per accidens, intrinsece vero petit fieri in instanti, idem Scoto potuit differentiam inter nutritionem, & auctioem penes hoc, quod petunt ex propria natura, ut diximus loco cit. de generatione non viventium artic. 2. Quoad 2. sensum communis opinio est, nutritionem non semper fieri continuo, & absque interruptione toto vitae tempore, sed posse aliquando cessare: ita etiam colligitur ex Scoto 2. d. 2. q. 9. O. ubi hoc docet de mente Arif. 8. Phil. 23. quod loco afferit diminutionem, augmentationem, & alterationem fieri ad modum excavationis lapidis guttae aquae, sicut enim non à quolibet gutta lapis excavatur, sed ab aliqua, caetera vero tantum disponunt, ita illi motus. Patet etiam, quia homo in instanti generationis non potest fieri tantum in alimentum, etiam si illud approximatum haberet, sed necessaria est praevia alteratio, quae in tempore fit, ergo datur aliquid tempus, in quo vivens non nutritur. In progressu etiam temporis dari potest aliqua interruptio, quia potest esse aliquid impe-

dimentum, vel ex parte caloris vitalis, quia subest etiam ipse morbus, sicut & aliae partes viventis, ergo si aliae partes possunt tali morbo affici, ut motus illarum omnino impediatur, etiam naturalis calor poterit morbo aliquo debilitari, vel si ex magna ciborum copia maneat obstructus, & suffocatus, ita ut poterit à sua actione impedi, & per aliquod tempus non agere, vel adob remissè, & imperfectè, ut non possit alimentum perfectè digerere, & consequenter nec potentia nutritiva convertere poterit in substantiam aliam; unde atrophica, inquit medicus, quod sit tabes, quia corpus non alitur, & naturaliter semper aliquidibus partibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur, & nisi occurrat, extinguit hominem; Potest etiam esse impedimentum ex parte alimenti, ut si ineptum fit ad conversionem, vel si difficile disponatur, nam tunc per aliquod tempus cessabit cohiberi. Addunt tamen, quod cum calor vitalis fit agens necessarium, semper aliquam actionem exercet, vel transmittendo alimentum in substantiam aliam, vel preparando alimentum usque ad praevis digestionibus, vel tandem; si non adit cibum, in propriam viventis substantiam agit illam absumendo, quia ratione nequit vivere sine alimento vivere, quia tunc calor consumeret humidam radicalem, ita ut corpus redderet omnino ineptum ad animationem; Unde concludunt ordinari non posse hominem sine cibo vivere ultra septem dies, ut voluit Hippoc. lib. 6. de carnibus, vel ultra undecim, ut placuit Plin. lib. 11. cap. 54.

88 Verum Licetus in opere, De his, qui diu vivunt sine alimento, multum quidem eruditè demonstrat tum lib. 1. tum lib. 3. posse vitam sine alimento diu consistere, sive vegetantia sint, sive sensitiva, tam terrestria, quam volatilia, & aquatilia, imò de quibusdam hominibus refert ex auctoribus hae disquis usque ad quadraginta annos, & ultra extitisse sine alimento. Huius rei causam assignat natur lib. 3. cap. 14. & inquit, cum duplex fit alimentum, scilicet remotum, & proximum ex dictis num. 52. dupliciter poterit diu vivere sine alimento permanere, vel sine remoto tantum, si scilicet cibum non sumat, nutritur tamen inter se proximo alimento, vel sine utroque; primo modo contingit jejuniis in quibusdam animalibus regulariter, ulla enim, telle Arif. 6. de hist. Anim. c. 30. circiter quadraginta dies tunc sine cibo, quo tempore multum pinguescit, idem dicitur de gliribus, per totam enim hyemem dormiunt, & valde pingues evadunt, de senectute etiam, in bellionibus, cicadis, & crocodrilis fluxivalibus, & aliis refertur per totam hyemem jejuniis, quod evenit, quia alimentum proximum ex pituita, & fœco valde viscoso constat, unde poterit calori naturali resistere, nec cito consumatur, cui accedit modica vis coactiva, qua ratione impotens est succum illum concoquere, & immutare, hinc in adipem, & pinguedinem convertunt.

89 Deinde explicat, quo pacto possit diuturnum jejuniu contingere sine utroque alimento, nam ut diximus disp. 2. q. 1. actio semper provenit ex proportione majoris inaequalitatis, ita ut si agens fit viribus aequalibus, vel imbecillioribus cum passio, nunquam sequeretur actio; poterit igitur evenire, quod calor naturalis fit taliter temperatus, ut ab humido radicali excidatur, vel saltem accuetur in activitate, & resistentia, quocausa calor naturalis non absumet humidum radicale, & consequenter non consumendo humidum tantum deficiatur, unde neque humorem attrahunt à vasibus praecipue à ventriculo, neque appetitus cibi, vel potus sublequitur, fames enim, & sitis causantur ex dictis nu. 73. quando deficcatae partes corporis à vasibus venis trahunt alimentum, vasa ab aliis ligant, quocausa tractio ad os ventriculi pervenit, unde appetentia consequitur cibum, & potus. In hoc casu potest diu contingere jejuniu tantumque alimentum absque consumptione propriae substantiae viventis, & matris, imò fœcalis est validus, sed aequalis valido humori, poterit vivens exercere aliae operationes (sentitricis, & rationalis animae, puta sensaciones, motum loquacem agilem, discursum, praeterquam operationes animae Vegetabilis, si enim non repugnat actum primum esse sine secundo, ut in anima sensitiva, & rationali quotidie experimur, multo magis poterit vegetativa, quae est illa imperfectior, impediri à propria operatione, & cum hoc corpus informare; si vero calor est exilis, & debilis, si vivens non solum reddetur impotens ad nutritionem, sed etiam ad sensaciones, & discursum, unde veluti femimortuum jacet, quod explicat multis exemplis. Potest etiam evenire, quod calor excedat parumper humidum, ut nonnisi post multum temporis minimum humidum portionem consumere valeat. & hoc jejuniu genus est cum tabentia, & aliqua corporis immutatio; & quoniam haec temperamenta possunt brevi, ac longaevo tempore in viventibus permanere, hinc poterunt brevem, vel diuturnam abstinentiam causare. Caeterum quomvis haec omnia, & quampura alia, quae ibi adiungit pro explicatione huius sententiae, sint subtiliter aucta, nec sine magno fundamento, solum rationabiliter dubitari potest, haec temperamenta non posse diu in homine consistere, qui tot mutationibus tam ab intrinseco, tum ab extrinseco provenientibus est subiectus, quin notabiliter immutetur; unde consensit illa in eodem temperamento per longum tempus potius videtur metaphysica quaedam speculatio, quam calus moraliter, physice, & in praxi possibilis, quapropter jejuniu ita longævum, ut multum temporis perseveret, vel fabulolum, vel supernaturale iudicamus.

Dices, Scoto 4. d. 44. q. 1. L. ponens differentiam inter nutritionem, & auctioem, ait nutritionem semper fieri, non vero augmentationem. Resp. ibi loqui de augmentatione usque ad debitam magni-

magnitudinem corporis, quae solum usque ad tempus statum perseverat, ut dicitur, ut nutritio fit semper, id est usque ad finem vitae, licet possit etiam regulariter aliquantulum, & parumper intercurrere.

90 Circa secundam quaestii partem not. quod in vivente partes integrantes, aliae sunt aetherogenez, & diffusilares, aliae homogeneae, & similiares, & illarum aliae sunt aliquotae, & non communicantes, aliae sunt proportionales, & communicantes; clarum est aetherogenez augeri mediate, quia scilicet augentur homogeneae, ideo enim crescit manus, quia caro, ossa, vena, nervi, & ex quibus componitur manus, augentur, ita Arif. 1. de Gen. 35. Ruvius not. ex Scot. 4. d. 44. q. 1. K. quod datur in corpore poris, qui sunt foramina quaedam, & cavitates, quod patet experientia, nam sudores, & excrementi humores egreduntur ex corpore, aer è contrà corpus ingreditur, & penetrat, quod fit per poros; qui poris in corpore non sunt infiniti, licet per omnes partes corporis sint dispersi, aliter totum corpus esset perforatum, nec fuit immediati, sed inter unum, & alium mediant partes, quibus per eodem poros approximatur alimentum, nec sunt aequalis multitudinis, aut magnitudinis in omnibus, sed unum corpus est porulosius altero, & una pars altera parte iuxta propriam naturam excusilbet; imò ideo corpus in juventute majores, ac plures habet poros, quam in senectute, quia plus alimenti indiget, & per majorem partium dilatationem majores sunt poris. Non sunt autem vacui, sed fit alimentum non fuit repleti (interveniunt enim veluti aquaeductus, per quos alimentum proximum omnibus partibus deferret, & subministratur) alio corpore occupantur de facili cedente, cum est necessarium; vel interdum fuit conjuncti, & contigui secundum latera, & advenienti alimento deinde statim aperiant latera, illaque recipient; His adnotatis.

91 Dicendum est, vivens non nutriti immediate secundum omnes partes proportionales, sed secundum aliquotas; ita Scoto cit. Prima pars prob. quia tunc quotidie vivens semper in duplo nutritur, & consequenter in duplo semper augetur; quod est falsum. Tum quia nutritio fit per conversionem alimenti in poris inclui, sed non quaelibet proportionalis pars habet porum, sed inter duos poros mediant plures, imò infinitae partes proportionales, ergo non quaelibet proportionalis pars immediate nutritur. Secunda pars prob. & explicatur, nam quaelibet pars vivit, ergo quaelibet pars nutritur, cum nutritio fit propria operatio animae vegetantis; ut patet quia in quolibet parte adhuc reperitur calor naturalis, & tunc, & in quolibet parte adhuc alimentum approximatum per poros, ergo in quolibet parte fit nutritio, illud enim alimentum, quod per poros iuxta portum erat haec parti, & consequenter contiguu illi, post conversionem illius alimenti in substantiam aliam, jam iuxta ponitur per continuationem illi parti, cum fit ejusdem speciei cum illa. Nec per hoc sequitur porus deficere, quia idem calor naturalis, cujus virtute concoquitur alimentum, quoddam partes eius resolvit in vaporem, & vapor ille quasi impellens partes viventis versus externum locum, tam quae erant, quam quae de novo fuit generat, dilatat, & per talem dilatationem fit novus porus. Quod addit hic Ruvius de partibus proportionalibus, & aliis, parum refert, consistit enim differentiam in modo loquendi, cum enim dicimus, quod partes proportionales non immediate augentur, sensus est, quod non omnes partes immediate habent alimentum iuxta postum, quod negari nequit.

Dices, si nutritio viventium fit per juxta positionem alimenti in poris, ergo non differt à nutritione non viventium, quae etiam fit per juxta positionem, ut patet in igne, hoc autem est contra Arif. 1. de Gen. c. de augment. Insuper impletur text. 33. ait, auctioem fieri secundum omnes partes, universaliter loquitur de omnibus partibus non distinguens de partibus proportionalibus, & aliquotis, ut fecit, cum tex. 32. distinguit de partibus simularibus, & diffusilares, ergo intellexit nutritionem fieri secundum partes proportionales. Tandem quia augmentatio non fit secundum omnes dimensiones, plus enim crescit vivens secundum longitudinem, quam secundum latitudinem, ergo non augetur secundum omnes partes etiam aliquotas.

92 Resp. ad 1. neg. conseq. quia nutritio inanimatorum fit per juxta positionem externam ex una tantum parte, vel si fieret secundum omnes partes in circitu, nam pabulum adhuc erit extrinsecum toti igni, imò si fieret secundum partes aliquotas, hoc est per accidens, non enim sic petit natura corporis inanimati; ac nutritio viventium fit per intus summptionem alimenti in poris, & venis, & secundum omnes partes est sui natura. Ad 1. satis distinxit Arif. text. 33. dum inquit, Adhuc autem quodcumque signum sensibile aut majus, aut minus factum est, & non vacuum esse corpus, neque data magnitudines in eodem loco, per ly namque signum sensibile partes intellexit aliquotas. Ad 3. concedimus vivens in longum plus augeri, eo quia corpus ut fit erit magis aliis proportionatum, ut ab illa possit moveri, & quia potentia nutritiva sequitur regulam generativae, scilicet illa in longum formatur corpus, sic illa in longum magis protendit.

Dices etiam cum Arriaga disp. 2. de Gen. sect. 5. docent, dentes, & ossa transacto incrementi tempore non amplius nutriti; ratio est, quia partes illae, & universaliter duriores partes, ita excrescunt, & illarum pori clauduntur, ut non possint amplius sugere alimentum, quo nutriantur. Tum quia si ossa essent capacia nutritionis, sicut caro, semper posset homo in altum crescere, & maxime si concedatur crescere secundum latitudinem,

non enim est major ratio de una, quam de altera dimensione; Tum 3. quia etiam in gravissimis morbis non minuitur hominis statura, ergo non patitur decrementum, & consequenter non nutriantur, aliter semper auferentur, quia nutritio, si ex alio capite non adest diminutio, semper caulat auctioem.

Resp. has rationes non satis convincere, solum enim ostendunt partes duriores, quia siciores, post temporis incrementum non tam facile nutriuntur; tum quia calor in illis non multum viget; non tamen ostendunt nullatenus amplius nutriti, quia adhuc sunt animata vegetativa, proportione gaudent vitali calore, & semper habent alimentum approximatum, non crescent autem verus longitudinem, quia jam vivens pervenit ad statum, & quomvis notabiliter non decrescant propter duritiem, non nihil tamen minuunt quandoque, maxime in morbis. Et specialiter est id afferendum de dentibus, qui nisi continuo nutrirentur, totiter quam primum deciderent, non enim solummodo decrescunt ex actione caloris, ut omnes aliae partes, sed etiam continuo ciborum attritu, unde maxime indigent supplemento, ita notavit Arif. 3. de Gen. Anim. cap. 4.

QUESTIO VII.

De vivens toto vita tempore idem numero permanet.

93 EX hocqueque distis actione caloris naturalis in vivente duo sunt, consumitur ex una parte substantia propria corporis, & resoluta in vapores, & excrementa decrecit corpus; ex alia vero parte convertitur alimentum in substantiam ejusdem viventis, ut reparatur, quod erat amissum, & cum transmutationes illae toto vitae tempore fiant, jam non videtur ad finem vitae permanere illa pars eorum, quam habuit vivens in principio vitae, (quod maxime respicit in aliis viventibus ab homine, in quibus mutatio fit tam secundum animam, quam secundum corpus, ubi in homine fit solum secundum corpus) mutatis autem partibus substantiabilibus ex parte formae, & materiae mutatur entitas, & substantia rei, quare merito dubitari solet, an maneat idem vivens numero ante, & post nutritionem toto tempore vitae.

94 Conveniunt enim Philosophi in hoc, quod idem numero vivens maneat à principio vitae usque ad finem, ita Arif. 1. de Gen. c. 5. & ratio suadet, quia videmus senes recordari eorum, quae in adolescentia evenerunt; eadem ferè accidentia scilicet cicatrices, nevus, & similia perillere in corpore, ergo eadem quae substantia est, tum quia nutritio non ellet, quaedam aggregatio secundum partem, sed potius simpliciter generatio totalis. Et tandem Christus Dominus, qui in utero virginali conceptus fuit, & à purissima Virgine ablatiatus idem numero factus homo à Iudeis pro salute humani generis Crucif. fuit confusus. Discrepat tamen in modo, quo identitas haec numerica salvari possit cum tot mutationibus, nam qui subsistent in nutritione novam formam partem acquiri, vel deperdi, salvant unitatem hanc, quia permanent toto vitae tempore eadem numero forma licet varietur materia, & quia unitas principalis est à forma, ideo vivens idem numero permanet; ita Auctor cit. n. 75. Alii ex opposito, quorum est Morfatio disp. 3. de Gen. dub. 5. Joan. de S. Th. qu. 8. art. ult. salvant unitatem numericam per equivalendum, concedunt enim in fine vitae nihil remanere in vivente, quod fuerit in principio, attamen quia haec partium mutatio non simul, sed fit successivè, & longo temporis intervallo facta fuit, & modo secundum unam partem, modo secundum aliam, & pars, quae succedit, est similis omnino parti corruptae, ideo censetur idem numero vivens permanere, eo modo, quo flumen semper idem censetur, quomvis secundum partes varietur; sicut etiam navis, licet nunc renovetur arbor, cras temo, modo carina, modo puppis, modo haec tabula, modo illa alia, tunc post multum tempus omnes ipsius partes erunt immutatae, & tamen eadem navis vocatur, quia unitas numerica manet, hunc dicendi modum probabilem putat Hurt. disp. 6. Phyl. sect. 5. & ab ipso P. Faber theor. 40. cap. 4. in re non discrepat.

95 Conimb. 1. de Gen. c. 5. q. 12. art. 2. primum different à precedenti opinione, ajunt enim vivens mutari toto vitae tempore secundum partes materiales, non secundum partes formales, vocant partes formales partes integrantes secundum communes essentiae rationem spectatas, materiales vero eadem consideratas quoad conditiones individuantes; quae explicatio placet Hurtado. Joan. de S. Th. per partes materiales intelligit partes integrales secundum se, per partes formales eadem consideratas sub illa dispositione, sub & continuationem ad reliquas partes. Complut. disp. 6. de Gen. q. 5. ajunt, partem carnis materialiter consideratam dicere hanc partem carnis aliam identitatem, vel unitatem per continuationem, & imperceptibilem successione; formaliter vero dicere hanc, vel illam partem prout secundum se identitatem cum hae certa, & determinata substantia praesens, secundum quod, prout est part, ratione quantitatis unitus secundum continuationem cum partibus praesensibus. Alii distinguunt de partibus integrantes, aliquae enim fluentes dicuntur, aliquae vero permanentes, vivens secundum illa variatur, idem vero numero permanet secundum istas, sed differunt in assignatione harum partium, nam quidam ajunt alias partes esse spirituales, quae immediate generantur ex semine, & sunt omnes illae, ex quibus componitur substantia producta per generationem, alias esse nutrimentales, quae per nutritionem acquiruntur, alias permanentes